

Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

Dom. 7. post Pent. De falsis Prophetis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](#)

462 *Supplementum Meditationum,*
ptis hujus mundi retibus, id est, opibus, hono-
ribus, & voluptatibus.

DOM. VII. POST PENT.

De falsis Prophetis. Matt. 7.

PUNCTUM PRIMUM.

1. *Cur ma- li tol- rentur.* 1. **I**esus dixit discipulis, *Attendite a falsis pro-phetis, qui veniunt in vestibus ovium, in-trinsecus autem sunt lupi rapaces.* Considera bonitatem & sapientiam Dei, qui tantum malum, id est, falsos doctores, tot animarum per-versores non permitteret, nisi majus bonum colligeret: ut discas ex quovis malo commo-dum spirituale colligere. 2. *Qui ma- li.* 2. **P**er falsos prophe-tas non tantum intelligi haereticos, & hypocri-tas, sed omnes qui carnalia & suavia obtrudunt sub specie virtutis, ut est caro nostra, mundus & diabolus: caro enim prædictit te non diu victu-ru[m] si dure ipsam tractes, sed falso: quia sancti qui jejunia maxima coluere, diutissime vixerunt.
3. *Fraudes malorū.* 3. **I**ntrinsecus illos esse lupos rapaces: quia etiam si extrinsecus ostendant vestem ovilem, id est, promittant incolumentem corporis, tamen querunt intus occidere animam.

PUNCTUM II.

1. *Fructus malorū.* 1. **A** fructibus eorum cognoscetis eos. Non potest arbor mala bonos fructus facere, & ideo ex- cide nr, & igne mittetur. Considera, sicut quales ha-

hæretici hujus temporis sint, opera ostendunt,
ut pote quæ profus carnalia (cùm ipsi refugiant
omnia quæ carni & sanguini sunt molesta) sic
etiam quales prophetæ sint caro & mundus, o-
stendunt effectus, reddunt enim conscientiam
Inquietam, fervorem pietatis tollunt, movent
tentationes carnales, creant inconstantiam in
vocatione, &c. 2. Expende hominem compa-
rati arbori, quia sicut illa in terra plantata fru- Homo
ctum cum ramis producit sursum, sic homo, li- arbori
tet in terra sit conversationem debet habere in compa-
cœlis, & fructus producere cœlestes, alioquin ratus.
excidendus & in flamas æternas conjicien-
dus.

PUNCTUM III.

1. **N**on omnis qui dicit, Domine, Domine, intrabit in regnum: sed qui facit voluntatem Bonæ a-
Patris, qui in cœlis est. Considera neminem ad petra ne-
vitam æternam venturum, nisi fidem, vel voca- cessaria.
tionem quam profitetur, opere compleat. Deus
enim voluntatem suam declaravit immediate
quidem in divinis, mediâve in humanis Ec-
clesiæ, & cujusque sacræ Religionis præceptis
& statutis. 2. Deum non tam ad externas cere- Corde
monias & opera, jejunia, cilicia, cantu in puro.
Ecclesia, quam ad cor purum respicere. i.Tes 4.
Hec enim est voluntas Dei, ait Apo-
stolus, sanctificatio
vestra.